

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISTIN. XXXVIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

Alius solius de honoratione parentum, non quin tunc ibi sit voluntas honrandi, sed quia non erit necessitas impendendi actum huius, salte prout honor ille extenditur ad sustentationem necessariam, quia ibi nullus indigebit auxilio in statu innocentie, & ante legem scriptam tenebant omnes ad ista, quia erant scripta interius in corde, vel forte per aliquam doctrinam exterioriorem datam a Deo, quam discabant parentes, & deriuabant in filios, nec oportuit ea scribi in libro, quia poterunt illa, facilliter memoria commendare, & retinere, quia populus illius temporis erat longioris vite, & fuit melioris dispositionis in naturalibus, quam populus temporis posterioris, quo tempore infinitas populi requirebat legem dari & scribi. Et ad aliud, quod tangebatur in primo argumento de filiis Israel spoliatis. Egyptios potest dici quod ibi non dispensauit contra præceptum de furto, quia ipsi non acceperunt simpliciter alienum, tñ quia Deus erat superior dominus, & potuit transferre dominium illarum rerum in eos etiam inuitis inferioribus dominis. Et hoc modo non peccauit Christus licentians in porcos intrare demones, qui statim precipitati sunt in mare. Non enim iniuste priuauit illos porcis suis. tum etiam quia filij Israel seruendo Egyptijs meruerant tanta recipere, licet Egyptij nolent ea reddere, & tunc per superiores iudicem potuerunt compelli, de cuius licetia filij Israel potuerunt iuste, & licite accipere. ¶ Ad illud in oppositum de

can. debet intelligi de legelarge loquendo. Et hoc de præceptis secunda tabula.

SCIENDVM TAMEN TRI
ESSE GENERA MENDACIORVM &c.

DISTIN. XXXVIII.

QVÆSTIO VNICA.

Vtrum omne mendacium sit peccatum.



Contra istam. 37. dicit in qua magister agit de quibuidam peccatis pertinentibus ad explanationem quinti præcepti, puta de mendacio, & perurio, quæ in illo præcepto prohibentur. ¶ Queritur, vtrum omne mendacium sit peccatum. Quod non. Gen. 22. Ego & puer illuc vique properantes postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. sed ipse intendebat occidere puerum, quia erat præceptum. igitur intendebat puerum non reuersurum secum. igitur dixit oppositum eius, quod habuit in mente, igitur mentiebatur. nec est verisimile, quod tunc peccauerit, quando exequabatur talem obedientiam, pro qua tantum a Deo commendatur.

¶ Præterea, hoc probatur per multa exempla alia. Gen. 27. dixit iacob se esse primogenitum, quod tamen sciebat esse falsum.

¶ Præterea. Gen. 42. dicit ioseph fratribus suis per salutem Pharaonis exploratores estis, & tamen sciebat oppositum esse verum.

*Bar. quia
domini est
terra, &
placitudo
eius.*

verum. ¶ Idem etiam terrens
fratres suos de cypho inuenito
in sacco Beniamin, dixit se au-
gurari in cypho, cum tamen nō
esset augurator, quia non licuit
augurari habentibus legē Dei.
¶ Præterea: Raab mentiebatur
de illis exploratoribus. Iosue 2.
& Iudith similiter. Iudith. 10. &
Rachel, sternens sibi itramenta
camelis super Deos patris sui, di-
cens sibi accidere secundum
conclucionem mulierū. Gen.
31. Obstetrices etiam mentie-
bantur dicentes Exo. 1. de mu-
lieribus Hebrais, q. f. haberent
autem obstetricandi, nec viden-
tur in hoc peccasse, quia bene-
fecit eis Deus, & edificauit eis
domos, non retribuit autem
bona pro malis. ergo.

¶ Præterea, non est maius pec-
catum simulatio in verbis, quā
in factis, immo sicut facta sunt
evidentiora signa, quam verba,
ita si est falsitas utrobique virtu-
perabilior videtur esse falsitas
facti, quia magis prætendit il-
lud, quod est in anima, quā
falsitas verbi. sed mendacium,
siue simulatio in facto non po-
nitur semper esse peccatum, si-
cut patet in illo facto David. 1.
Regum. 21. c. Qui coram Achis
simulabat se furere. Iehu etiā.
4. reg. Simulabat se colere Baal,
cuius tamen cultores voluit de-
struere, nec in illa simulatione
vituperabatur, sed magis lauda-
batur, quia videbatur habere
zelum De. contra Baal.

¶ Contra, est Augu. in lib. de
mendacio, & adducuntur au-
doritates eius in litera. ¶ Præ-
terea, quod omne mendacium
sit peccatum mortale, probō,
quia est contra illud præceptū
legis naturæ. Non facies alij,

quod tibi fieri non vis. nullus
autē vult se decipi a proximo,
quando proximus debet sibi
exprimere conceptum suum,
igitur nec alteri debet alter fa-
cere. ¶ Præterea, quicquid est
contra aliquam virtutem nec-
cessariam, vel eius actū, est pec-
catum mortale, mendacium est
hmoi, quia est contra veracita-
tē, q. est virtus contenta sub ius-
titia, verax. n. cōieat proximo,
quod est cōicandum. si conce-
ptū cordis sui, sicut est mendax
aut non, sed subtrahit illud, qd
in loquendo dēt cōicere, quia
ad hoc loquitur vt conceptum
suū exprimat, & illud nō expri-
mit, sed oppositum. ¶ Præterea,
mentiri est abuti voce, quia ad
hoc voces inuenta sunt secun-
dum Platonem in Thimeo, vt
præsto fiant voluntatis indicia.
mentientes autem non vtuntur
vocibus tanq. indicijs, volunta-
tis, sed oppositi. ¶ Præterea, hoc
videntur dicere auctoritates q.
dam Aug. in lib. prædicto, quā
adducuntur in litera.

IN ISTA QVÆSTIONE
tenetur communiter ab omni-
bus, q. ipsum mendaciū est pec-
catum, quod persuaderetur rōne
Aug. lib. contra mendaciū. Stul-
tum est credere illi cui licet mē-
tiri, sed multis est credendum,
alioquin totaliter periret conui-
ctus humanus, & manifestatio
conceptuum, & affectionū mē-
tis. igitur illis quibus est creden-
dum, non licet mentiri. ¶ Ratio
autem quare hoc est ponitur
diuersa a diuersis.

QV I D A M D I C V N T, Petrus de
quod ideo necessario menda-
cium est peccatum quia neces-
sario auertit a Deo, qui est veri-
tas, & mendaciū est contra verita-
tem.

Atem: ¶ Sed contra. mendacium non opponitur immediate primæ veritati, sed veritati alicuius rei, de qua loquens mentitur, sicut igitur malitia opposita alicui bono creato non necessario auerit a bono increato, ita nec falsitas opposita cuicunque veritati impertinenti primæ veritati auerit a primæ veritate.

Th. 22.

q. 110. ar.

11. 3.

ALITER DICITVR,

q̄ actus dicitur bonus, vel malus in genere moris, ex obiecto, quia genus sumitur a potentia, & est etiam potentiale respectu differentiarum. Primura autem pp̄ quod actus constituitur in genere moris, vt vterius possit determinari per alias circumstantias, quāsi per dñas, est obiectū, nā vltra bonitatem naturę, quā habet actus ex quiditate sua, primū qđ determinat ipsum, vt sit moralis, potentialiter & materialiter est obiectum. Tunc ad propositum idē, qđ actus malus ex gñe, nunquā pōt esse bonus, quia nulla circumstantia adueniens pōt tollere malitiam illā, quā hī ex p̄ se obiecto, quia omnis circumstantia alia plūpōnit obiectū, mentiri est actus malus genere quia transit super materiam disconuenientem actui. Nam materia cōueniens actui, loquendo debet esse verum, vel creditum esse verum.

In mentiendo autem est materia opposita.

CONTRA HOC, non magis est materia indebita locutionis, quando credunt omnia esse falsa, quam sit illicita materia occisionis, mors hominis innocētis, & vtilis reip̄, sed stantibus istis conditionibus ex parte materie, scilicet homi-

nis &c. potest fieri licitum occidere talem hominem, puta si Deus reuocet illud præceptū. Non occides, sicut dictum est in q. precedente, & non solum licitum, sed meritorium, puta si Deus præcipiat occidere, sicut præcepit Abrahā de Isaac. Igitur a simili, vel a maiori potest fieri licitum proferre orationem creditam esse falsam, si præceptum reuocetur, quod videtur esse de non decipiendo, sicut si reuocetur præceptum de non occidendo, quia non magis ligat hoc præceptum de non decipiendo, q̄ illud præceptum de non occidendo. minus enim malum est auferre proximo opinionem verā, vel occasionaliter generare in eo opinionem falsam, quam auferre sibi vitam corporalem, imo non est quasi comparatio. ¶ Confirmatur, quia si mentiri habeat necessario malitiam ex hoc, qđ transit super talem materiam, igitur mentiri non prohibetur per præceptum secundæ tabulæ, quia in secundæ tabulæ non prohibentur, nisi mala proximi. Istud autem per te non est malū tm̄, quia nocet proximo, quia tunc vt argutum est cū sit minus malum, q̄ occidere hominem, ita esset possibile, qđ hoc non haberet rōnem mali, sicut illud, immo possibile, igitur est contra præceptū primæ tabulæ, quod non vī probabile, quia nō auerit immediate a Deo, sicut nec actus oppositus habet immediate Deum pro obiecto, loquendo de aliquo vero indifferente. ¶ Preterea, si dicens hanc orationem ille currit, esset deceptus, & credere illud esse verum, actus dicendi transiret super eandem materiam, sicut si

non esset deceptus, & tamē credens esse verum quod dicit, non peccat. igitur non est ibi malitia ex obiecto super quod transit.

ALITER DICITUR. *q* mentiri ex ratione sua dicitur intentionem malam, quia intentionem decipiendi. licet autem aliquis actus, non includentes intentionem malam possint aliquā esse boni ex aliqua bona circumstantia. actus tñ includens secum intentionem malā, nunq̄ pōt esse bonus, quia includit formaliter malū velle, ita est in proposito. *q* Hoc pōt exponi sic, quia licet actus positivus & malitia non sint vnum per se, nec in re, nec in conceptu, potest tamē aliquod nomen imponi ad significandum, nec actum solum, nec deformitatem illam, sed totū

simul, sicut hoc nomē adulterii impositū est ad significandū non tñ actū naturālē coeundi, sed cum deformitate. s. cū alienatione. Et similiter hoc nomen furri impositū est ad significandū non solū acceptionem alicuius rei alienae, sed et contra voluntatem eius cuius est, & cuiuscūque alterius superioris dñi, talia tota importata per hñōi nōia non vñ posse esse bona, sed illud qđ est sibi* substractū, puta actus coeundi, vel accipiendi talē re, possibile est esse sine tali deformitate. Ita in proposito, licet prolatio talium, vel talium verborū quorūcūque significatorū possit esse sine peccato, tñ prolatio eorum cum conscientia oppositi, & per consequens cū intentione fallendi, non pōt esse sine peccato, quia includit actū substractū cū circumstantiis ipsū necessario deformantib;

Assumptum patet, quia istam orationē, si dixerō quia nescio, cum, ero similis vobis mendax, protulit Christus. sed non assertivē, quācūque etiam verba latina, quorūcūque fallā, posset vnus grācus profert sine peccato.

SECUNDO videndū est quale peccatum sit mendaciū, & licet distinguatur multiplex mendaciū ad propositū, tñ sufficit distinctio trimembris. *q* Scilicet perniciosum. *q* Officiosum. *q* Et iocosum. *q* Perniciosum est, quod est nocivum ex se, vel nocet cui mentior, vel de quo mentior, & si nocivum est quantum ad religionem Christianā, puta circa fidem, vel mores, tunc est peccatum mortale. si q̄tum ad vitā corporālē, vel quā rū ad fidē coniugalem non servatā sibi, vel quantum ad prole, vel psonas q̄cūcūq; vel qualitercūq; sibi coniunctas auferendas, vel quantum ad alia bona temporalia, s. m̄ q̄ plus, & minus nocet, qđ pensatur ex bono cuius est ablativū s. m̄ hoc pensatur grauius, & minus graue, & vñ oē tale mendaciū ex deliberatione dictum est peccatū mortale cuiusque, prohibet. n. s. m̄ p̄ illo p̄cepto. Nō dices cōtra proximū tuū falsum testimoniū, non. n. testimonium est p̄cise in iudicio, sed qñ aliquis ex certa deliberatione asserit, qđ ignorat, vel cuius oppositū scit. Quicūque igit cū intentione decipiendi illū, cui profert oppositum eius, quod scit vel credit esse verum, & sic dicendo intendit nocere illi, cui loquitur, vel de quo loquit, dicit falsum testimoniū cōtra proximū. *q* Vtrū aut in deliberatio, excuset, tangitur. *q* seq.

Mendaciū triplex.

D

Exod. 20.

A q. sequē. & Officiosum est, quod nulli nocet, & alicui vile est.

¶ Iocofum autem est narrare fabulam, de qua omnes audientes sciunt, q̄ non est verum. Nec narratur tanq̄ verū, vbi nec audiens decipitur. nec loquens intendit decipere, nec sermo est de se deceptiuus, quia non est talis, qui sit natus credi ab audientibus, sed magis vt sciatur esse dictum sine opinione faciēda alicui de veritate, sed mendacium iocofum est, quando aliquis iocando intendit decipere, ita qd̄ deceptus vere decipitur, non tñ in aliquo in quo sibi nocumentum magnū inferat, in quo ēē iocantur illi qui sciunt ipsum decipi, & similiter pōt ipse iocari, quemadmodū dicit Aug. fuisse de mendacio Ioseph, qui veraciter voluit decipere fratres suos in verbis suis

B Gen. 42. dicens. Exploratores estis &c. tñ ipse qui sciuit veritatē iocari potuit de ipsorum deceptione, & timore quem incurrerunt decepti, & si qui alij hoc sciuiſſent percepiſſent tandē ipsum non serioſe, sed iocoſe fuiſſe locutum. ¶ De iſtis duobus offici-

S. b. pra.
ſenti diſt.
q. 4. ſo, & iocoſo conceditur cōiter, q̄ neutrum eſt peccatū mortale in vitis imperfectis, q̄a neutrum ex ſe eſt contra charitatem, nec contra aliquid de ſe reſquiſitū ad ſtatū talium perſonarū, ſed

Bart. vir
perfectus
eſt prala-
zus, vel in
den. in vitis *perfectis dīa quibūdā vtrūq; eſſe peccatū mortale, quia auferunt eis auctoritatē, ne credat̄ eis. & in hoc faciunt ſtatū ſuū vileſcere. & ēē obſunt audientibus pp̄ ſcandalū. ¶ Cōtra illud ſecundum arguit̄, quia nulla circumſtantia facit, qd̄ eſt veniale in vno eſſe mortale in alio, niſi ille alius neceſſario ob-

ligetur ad illud, ad quod nō obligatur alter, ſed vir perfectus, non obligauit ſe ad veritatem ſeruandam in verbis aliquo iocato, vel iuramento plus, q̄ quicuq; Christianus, igitur circumſtantia perſonæ ex quo ipſa nō eſt ſpecialiter obligata, nō tranſfert veniale in mortale.

¶ Hic poteſt dici diſtinguendo q̄ quædam eſt perſona perfectā in ſtatū perfectionis exercendæ ſicut prælatus, quædam in ſtatū perfectionis acquirendæ, vt religioſus. ¶ De prima perſona pōt concedi, q̄ exercendo actus, qui competunt ſibi rōne talis ſtatus perfectionis, puta docere, iudicare, prædicare, vtrūque mendacium eſſet in eo peccatum mortale, quia auferet auctoritatē doctrinæ quam prædicat, iuxta illud Aug. in epiſtola ad Hier. Si ad ſcripturas ſacras admiſſa fuerint quantumcūq; iocoſa mendacia, nihil remanet in eis ſoliditatis, puta ſi prælatus prædicans miſceat mendacium iocoſum, nihil ſoliditatis remanet in doctrina illa. poteſt enim quilibet dubitare de quocūque dicto ab eo, ſicut de mendacio, vel qua ratione non aſſentiret illi mendacio iocoſo, pari ratione nec alij dicto ab eo, & ita peribit auctoritas doctorum in docendo, & vilitas populi audientis, conſimiliter peribit auctoritas in iudicio ſolenni. Et intelligo, ita quod illud mendacium non percipiat̄ eſſe dictum ſcortum ab actū docendi, vel iudicandi. dum enim aliquis ſedit ad iudicandum poteſt aliquam truſam miſcere, quæ ex modo loquendi ſcitur non eſſe de iudicio, videtur tamen quod vni-

cum

A cum mendacium iocosum, vel
 officiosum non impediatur aucto-
 ritate docentis, vel iudicantis,
 sed tale mendacium frequenter
 cum tum, vel consuetudo sic men-
 dacium est, sed tunc cum secundum
 naturam binus actus inducat con-
 suetudinem, sequitur quod actus
 secundus sit peccatum mor-
 tale & non primus, cum tamen se-
 cundus sit omnino similis pri-
 mo, ut videtur omnes circumstan-
 tias, quicquid sit de uno, vel de
 pluribus in docendo, iudican-
 do, & predicando, saltem uti ta-
 libus mendaciis in actibus aliis
 a predicando & iudicando, non
 esset eis peccatum mortale, ex-
 clusa ratione scandalii. Sed de
 illo qui habet statum perfectio-
 nis acquirenda, non exerceenda,
 vel aliud dicendum, quia talis
 non videtur obligatus ad aliqua, quae
 sunt perfectionis plus ceteris,
 nisi ad illa quae vult, non enim
 assumptis statum eius pastoralis,
 & ideo nec actum pertinen-
 tem ad personam talem, igitur
 talis si non exerceat actus per-
 fectionis, cuiusmodi sunt doc-
 cere, predicare & huiusmodi,
 non videtur plus peccare mor-
 taliter in mendacio officioso,
 vel iocoso, quam alius Christia-
 nus, nisi forte propter scanda-
 lum, quia imperfecti possunt
 magis scandalizari de menda-
 cio talis personae, quam perso-
 nae communis, sed facta non de-
 bent indicari esse talia, qualia
 sunt ex scandalo consequente,
 vel non consequente. vniuersali-
 ter enim legem euangelicam vitan-
 da sunt quaecunque scandala pu-
 allorum in illud, Matth. V. ho-
 mini illi, per quem scan. venit, scan-
 dala autem pharisaeorum non
 data, sed accepta, non sunt vitan-

da, iuxta illud Matth. dicentibus
 discipulis. Scis, quia pharisaei
 audito hoc verbo scandalizati
 sunt. Respondit Christus. Sini-
 te eos abire, caeci sunt, & duces
 cecorum, siue igitur in factis in
 differentibus ex se, quale est co-
 medere carnes, de quo aposto-
 lus. 1. Corinth. Si frater meus
 scandalizatur, non manduca-
 bo carnes in eternum, siue in fa-
 ctis, qui habent aliquam mali-
 tiam, puta venialem, tamen na-
 ta sunt scandalizare occasiona-
 liter pusillos praesentes, vitanda
 sunt propter scandalum. Sed
 per hoc non possumus iudica-
 re, quale sit istud factum ex na-
 tura facti in se, quantum est igitur
 ex natura mendacii officiosi
 & iocosi, in factis secundo mo-
 do dicti, non videtur quod ta-
 lis obligetur ex professione sua
 ad vitandum tale peccatum plus
 quam quicumque Christianus. D
 verumtamen si ratio recta di-
 cter, quod actus eius vnicus vel fre-
 quenter sit scandalum audien-
 tibus, quamuis eo similis actus
 in alio non esset scandalizatiuus,
 ille tenetur ex charitate proxi-
 mi vitare scandalum, sicut tem-
 pore persecutionis, tenetur pas-
 tor non fugere quicquid iuxta illud
 Io. 1. Mercenarius autem, & qui
 non est pastor, vidit lupum venien-
 tem, & fugit &c. quod Aug. be-
 ne praetextat in epistola illa, quae
 Henr. quol. 15. q. 18. Alius autem
 qui est in statu perfectionis ac-
 quirendae, & qui non est pastor,
 non tenetur ex necessitate non fu-
 gere, si potest aliter fieri, sed te-
 netur non scandalizare proximum
 fugiendo, & quicquid eius fuga sca-
 dalizatiua esset, quoniam fuga infirmi
 non esset scandalizatiua. Iudi-
 carent enim proximi ex fuga
 eius,

Ad bono-
 ratum.

A eius, q̄ ex quo talis, qui tam ar-
ctam vitam eligit, non exponit
vitam suam pro fide defenden-
da, non esset vita exponēda pro
tali causa, vel quia non benefen-
tit de fide.

A D A R G V M E N T A.

Ad primum dico, q̄ Abraham
non dixit contra illud, quod ha-
buit in mente. Nam sicut refert
Iosephus in libro antiquitatū,
dum iret solus cum filio relicto
pueris informavit eum, quali-
ter fuerit miraculose cōceptus,
& qualiter, si esset immolatus,
Deus eum miraculose resuscita-
ret, & hoc credit firmiter expe-

*Gene. 21.
nota hic
plura me-
ditando.*

Bxit, reuertemur ad vos, dixit qd̄
habuit in corde, nec est imponē-
dum facilliter mendacium, ali-
quod Abrahę, cuius vita fuit val-
de exemplaris. ¶ Ad illud de Ia-
cob, licet aliqui conentur mul-
tum saluare eum, & aliquos pa-
tres veteris testamenti nō fuisse
mentitos, cum tamen in alijs
concedant eos habuisse legem
imperfectam, & gratiam modi-
cam respectu nostri, qui & legē
habemus perfectam, & gratiam
superabundantem, & de nostris
non negatur aliquando menti-
ri, vel fuisse mentitos, non vide-
tur multum rationabile negare
illos, quandoque fuisse menti-
tos, vel potuisse mentiri, quod
si ita est, & si laudemus bona
facta eorum, & illa sumamus
in exemplum, mala autem nec
recipimus in exēplum. nec per-
tinaçiter excusamus. dicitur ta-

*The. &
Hen.*

men q̄ tales sermones possunt
figurati ue intelligi, vel sub alio
intellectu, q̄ verba primo expri-
mant. Sed circa tales intellectus
non oportet immorari. ¶ Ad il-
lud tamen de Ioseph, quia ipse
erat perfectus seruator legis di-
uine potest dici, q̄ eius menda-
cium contra fratres, nō fuit ni-
si iocosum, quod patet ex euen-
tu, in fine enim aperuit fratri-
bus veritatem, & interim dum
terrunt eos, p̄nisiuit eos secum,
dum promeruerant puniri. illa
enim perditio qua vendiderunt
eum in egyptum, bene meruit,
non tantum illo timore, sed ma-
iori p̄na puniri. ¶ Ad aliud de
Raab, & Rachele, & obstetrici-
bus non oportet eas excusare,
non enim in scriptura commen-
datur factum earum, quantam
scilicet ad mendacium, licet
prudētia ipsius Raab, qua sibi
& suis procurauit salutem com-
mendetur. ¶ Quod autem dici-
tur de obstetricibus, q̄ Deus
edificauit eis domum, de hoc
sunt opiniones, sicut recitat ma-
gister historiarum super illum
locum, & forte illa est probabi-
lior, quę dicit illas habuisse bo-
num motum pietatis, & propter
illum remunerauit eas Deus
temporaliter, quia peccatū an-
nexum demeruit, ne remunera-
rentur aternaliter. ¶ Vel proba-
bilius dici potest, q̄ mendaciū
illud fuit officiosum, quia vti-
le ad salutem paruulorum lu-
deorum, & nulli nocium &
Deum remunerasse eas pro bo-
no motu, & tamen non abne-
gasse eis vitam aternam pro il-
lo peccato, quod erat in eis ve-
niale. ¶ Sed tunc esset dubium, si
quandoque eligendum sit men-
daciū veniale cum magno mo-
tu

A tu pietatis, an simul virumque
fugiendum. ¶ Secundum videri
veniale nulla modo est eligen-
dum. ¶ Primū vñ probari quia
veniale debetur qualitercun-
que, vel in vita ista, vel post, mo-
tus autem magnus qui est ma-
gnū meritum meretur aliquē
gradum premij, qui erit æter-
nus, sed propter qualecunq; ina-
lum quod est ex se temporale, nō
videtur omittendum aliquid, qd
est ex se causa æterni boni. Hāc
questionem dimitto. ¶ De ob-
stetricibus autem teneri potest
ad propositum, qd non pecca-
bant, nisi venialiter, quia menda-
cium carū erat penitus officio-
sum, & motus pietatis si fuissent
ibi alia requisita ad meritum
fuisse meritorius vite æternæ, &
etiam alicuius boni temporalis,
quia Deus pro tempore illo re-
muneravit cultores suos bono
temporali. ¶ Ad illud de Iudith
dicitur, quod ipsa in nullo men-
tebatur, quia verba illa exce-
siva quæ dixit, non dixit Holo-
ferni, sed Deo, non tenebat au-
tem necessario loqui extraneo
secundum intentionem recipiē-
tis, sed poterat loqui secundum
propriam intentionem loquen-
tis, loquendo tamen præ atō, eni
tenebat bona fide loqui, & re-
spondere, vñ, qd oportet loquentē
loqui, & respondere ad intentio-
nem querentis, ita qd si ei respo-
dendo dicat aliqua verba, quæ
sunt falsa, si dirigantur ad au-
dientem, vera autem si dirigantur
ad Deū, nō loquitur veraciter,
quia in casu illo nō licet alloq-
ui Deū. ¶ Sed hoc posito nihil vi-
detur certum in humana loque-
la, nec aliquis videretur habere
certitudinem de loquela pro-
ximi loquentis, saltem nullus

videtur mentiri quicquid dicat D
in secunda persona, dum temen
illud possit verificari dirigendo
illud in Deum, & non ad extra-
neum. quod si teneat tibi præ-
lato dicere verum, & non extra-
neo, tunc non dicendo tibi ve-
rum possum esse inobediens,
vel mentiens, non dicendo au-
tem extraneo non ero inobe-
diens, vel mentiens. Sed non vi-
detur quomodo sim plus men-
tiens loquendo tibi, quam alte-
ri. sic igitur verba ista excessiva
dicta ibi non videntur rationa-
biliter posse saluari aliquo mo-
do, non videtur magnū incon-
ueniens concedere eam fuisse
mentam officiose gentis sue, sed
perniciose illi cuius mortem
intendebat. ista tamen officio-
sitas præfertur illi perniciositati,
quia bonum reipublice maxi-
me colentis Deū, præfertur bo-
no temporali priuate personæ, D
maxime infidelis. ¶ Huic etiam
non obuiat, quod in bellando
contra quemēque oportet ser-
uare fidē, ita quod infidelitas,
vel mendacium cuiuscunque
christiani in bello contra infi-
delem damnatur, licet possit vti
aliquibus cautelis belli, quæ per
se non repugnat veritati, nec in-
cludunt mendacium. ¶ Sed ip-
sa etiam se ornauit ea intentio-
ne, vt Holofernes caperetur in
aspectu suo, & hoc volendo
ipsum velle peccare, secum
mortaliter, & velle alium vel-
le peccare mortaliter, est pec-
catum mortale, vnde non vide-
tur omnino certum, quod ex-
cusata sit ab omni peccato mor-
tali, & licet factum eius narretur
in scriptura, & recitetur in
ecclesia, tamen laudabile quā-
tū ad aliqua, quæ erant ibi re-
ligio-

A ligio sitatis, aliqua tamen ibi annexa, nec laudantur, nec licent.

¶ Ad vltimum de simulatione dico, qd aliquis potest simulare multipliciter. *

B. confide

hec iria

d. cta.

Primum

d. cum.

Secundū;

¶ Vno modo per aliqua signa probabilia, ostendēdo habere aliqua bona quæ nō habet, vt per genuflexiones, & orationes potest ostendere deuotionem sibi inesse, quæ non inest, & talis simulatio est hypocritis, & est peccatū. ¶ Alio * modo potest aliquis simulare mala non inesse sibi, & hoc dupliciter, vel ostendendo signa opposita illis malis, vel non ostendendo signa quæ communiter confueuerunt sequi mala illa. ¶ Primum istorum videtur pertinere ad hypocrisim, puta, si aliquis luxuriosus audiens loqui de mulieribus spuat ad signum castitatis, ostendens se habere oppositum in corde. *

B

Tertium.

Isai. 2.

a. l. t. a. c.

7. vns.

¶ Secundum nō est aliquid malū, immo si quia potest esse laus in malo, est laudabile, quia vituperabile est predicare peccatum prius eo modo, quo dicitur de quibusdam. Peccatum suum sicut Sodoma predicauerunt, nec * absconderunt. & si enim malum sit, esset malus interius in corde, addere tamen malum signum exterius est addere malum malo. In indifferentibus autem potest aliquis facere aliqua facta, quæ ex natura sua sunt signa alicuius, sicut sudare ex natura rei est signum fatigationis, vel alicuius resolutionis corporalis, & aliqua quæ ex naturæ rei nō sunt signa, sed scit ea concipi a circumstantibus tanquam signa, sicut spumare, ita quod salua decurrat per barbam ex natura sua, non est signum insensæ mentis, tamen potest aliquis scire illud

iudicari a circumstantibus, tanquam signum furie, puta quia talia consueuerunt esse signa furiosorum in terra illa. ¶ Vniuersaliter ergo de prima & secunda simulatione dico, qd sunt peccata, & frequenter mortalia, quia hypocrisis. Simulatio tertia dūmodo aliud malum non comitetur est laudabilis, ita quod homo non ostendat vnum malum per aliud malum. In indifferentibus simulatio prima, & in aliquibus licet esset forte mala, non tamen grauiter, puta si quis posset se facere sudare sine labore prauio. sicut quidam ioculatores vtuntur suis corporibus ad aliquos motus significantes aliquas dispositiones, quæ non insunt eis, nec præcesserunt. Simulatio quinta, quæ est secunda in indifferentibus nullū peccatum est, & talis fuit simulatio Dauid. ¶ Simulatio vero Iehud non oportet excusare, quia præter illam simulationem, quæ forte posset excusari, adduxit mendacia, dicens. Sacrificium mihi magnum est Baal, quod mendacium licet secundum intentionem suam esset quodammodo officiosum, quia destructiuum culture Baal, tamen ex ratione sua erat perniciosum, non solum quia procuratiuum mortis illorum, sed etiam prouocatiuum, quantum erat ex se ad cultum Baal. Et licet ipse commenderetur, in quantum deridebatur & persequeretur cultum

Baal, vituperatur tamen, quia non recessit a cultu Hieroboam, nec fuit verus cultor Dei Israel.

NYNE

ANUNC DE PERIURIO
VIDEAMVS &c.

DIST. XXXIX.

QVÆSTIO VNICA.

Quam omne periurium sit peccatum mortale.



IN CA istam dist.

39. In qua magister agit de periurio. ¶ Quæritur vtrum omne periurium

fit peccatum mortale. Quod

non, quia potest quis iurare qd illicitum est implere. Quod autem est de se illicitum, non fit li-

cium per iuramentum. igitur

post iuramentum illud remanet

illicitum, & ita implendo quod

iurauit, peccat mortaliter. igitur

non implendo illud, non peccat

mortaliter, quia nullus est per-

plexus in lege christiana, vt. i. fa-

ciendo aliquid, vel non facien-

do peccet mortaliter, quod vi-

detur dicere perplexum, & ta-

men iste non implendo quod

iurauit, periurat. igitur illud per

iurare non est peccatum morta-

le. ¶ Preterea. grauius est iurare

per Deum, quam per euange-

lium, sicut patet per saluatorem

Matth. 23. Maius est iurare per

templum, quam per aurum, quia

maius est tempus, quod sancti-

ficat aurum, quam aurum, quod

sanctificatur per templum, &

hoc quantum ad reuerentiam,

igitur si periurare est peccatum

mortale, periurare per Deum,

erit maximum peccatum mor-

tale. igitur communes personæ

tota die peccant mortaliter, quia

pro nihilo habent iurare per

Deum, etiam asserendo falsum

quod non videtur durum. ¶ Praeterea. non omne iuramentum promissorium obligat necessa-

rio, igitur nec ibi periurium est peccatum mortale. Antecedens probatur, primo de iuramento coacto. extra de iureiur.

c. verum. de iuramento autem do-

loso patet, quod iurans non intendit se obligare. nullus autem se obligat, nisi intendat se obliga-

re. de iis duobus simul probatur p simile de matrimonio. nam consensus coactus, & dolosus non obligant aliquem, vel ali-

quam ad matrimonium, de iuramento incauto probatur, quia si impleat illud sit in peiorem exitum, igitur malum est imple-

re. ¶ Contra. Exo. 20. Non periurabis, reddes autem domino Deo tuo iuramenta tua. & in psalmo

75. & Vouete & reddite &c. ¶ IN ISTA Quæstione. ¶ Primo, videndum est de ratione iuramenti. ¶ Et secundo, ex hoc quod

periurium est peccatum mortale. ¶ Tertio, de distinctione iuramenti, & qualiter iuramenta specialia sint peccata. ¶ Quantum

ad primum, dico quod iuramentum est assertio dicti humani, quod ipsum sit verum, & hoc ultimate.

juxta illud ad Heb. 12. Omnis controuersia finis est iuramentum. Homo enim sciens hominem esse mendacem, & ignoran-

tem, & per consequens possibile fallere, & falli, non potest certam fidem adhibere dictis suis. Et

ideo inuentus est modus asserendi dicta adducendo alium in testem, qui est verax & sciens, qui nec fallere, nec falli potest, quod

fit dum in iurando adducitur in testem assertio nisi iurantis ipse Deus, qui scit veritatem, & mentiri non potest. ¶ Et ex hoc sequitur

Extra de iureiur. p. titio.

quanto in gl. 2. r. q. 5.

¶ si quis.

Extra de his quæ va-

aut metus

ca. c. si ab

bas et em

tra de so.

c. cum lo-

cunt.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.

uno.